




# **Methodus, quid in Euangelijs, quaerendum & expectandu[m] sit, docens,**

<https://hdl.handle.net/1874/424056>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. Oct.

142









442

Theologia

Octavo n°. 442.

N. 47. B.

# METHO

D V S, Q VID IN EVAN  
gelijs querendum & expectandū  
sit, docens, per. M L V T H.

Quid inter mundi & Christi iustitiam  
iterst, per Phi. Melan. uernacula līqua  
prius editū, nuper autem ab alio quo  
dam latinitate donatum.

Eiusdem Epitome renouatae Ecclesi  
asticæ doctrinæ, ad ill. prin. Hess.

Epistola Ioannis Bugenhagij Pom.  
ad Anglos.

1) MERCURIVS

1) MARE





# METHODVS

DOCENS Q VID IN EVAN=  
gelijs quærendum, quidue ex=   
pectandum.



IRMA inole-  
uit consuetudo,  
Euangelia cum  
numerandi, tum  
appellandi, iu-  
xta libros illos,  
Math·Mar·Lu-  
cæ & Ioan·Vn-  
de dicunt, qua-  
tuor esse dunta-  
xat Euangelia,

quo simul accidit, ut que Petrus ac Paulus in suis Episto-  
lis tradunt, plane ignorantur, habeanturq; uelut adie-  
ctitia quedam, ad Euangelia, doctrina, id quod etiam in  
quodam Hieronymi prologo legere est. Hac alia est mul-  
to peruersior consuetudo, qua omnes ferè opinari solent,

848

tam Euangelicas illas historias, quam Epistolas Aposto-  
lorū, non aliter accipiendas, quam libros, quibus uiuen-  
dileges, sunt digestæ, atq; opera Christi, in hoc duntax-  
at descripta putant, ut tanquam uite exempla, illa emu-  
lemur. Quæ due opiniones, admodum præue, si quas  
mentes occupauerint, fieri non potest, ut cum fructu et  
pie, sive Euangelion, sive Epistola aliqua legatur, ma-  
nentque huiuscmodi lectors, quod erant, nempe,  
Ethnici.

Ea propter sciendum est, unum duntaxat esse Euangeliū, sed descriptū, per multos Apostolos, ut quelibet  
Pauli aut Petri Epistola: Acta quoque Lucæ, Euangelia  
sint, etiam si, non omnia opera uerbâq; Christi recen-  
seant, ac una altera, plus minus, ut complectatur, nam nul-  
la est, uel ex quatuor illis, grandioribus Euangelicis his-  
torijs, que omnia C H R I S T I, cum uerba  
tum opera comprehendat: Neque enim opus est. Quip-  
pe quod Euangelion sermo sit, aut historia, de Christo,  
ad quem modum inter homines uidemus usu uenire, ut  
Regum ac Principum conscribantur dicta ac facta,  
queq; in uita sua forte perpessi fuerint, que uarie  
etiam describi possunt, uno breuiter illa perstringente,  
altero explicante fusiis. Eodem modo se habet, ac ita  
quidem conuenit, Euangelion, aliud nihil est, quam  
historia ac narratio quedam de C H R I S T O,  
quisnam is sit, que dixerit, gesserit, atque perpessus sit  
explicans, que unus fuisse, alter contracte, et unusquisq;

sua quadam ratione descripsit: In summa enim, ut quam  
contractissime dicas: Euangelion est, Narratio de Chri-  
sto, explicans ipsum esse filium Dei, pro nobis uero ho-  
minem factum: mortem oppetiisse, inde resurrexisse,  
ac demum dominum super uniuersa constitutum. Tan-  
tum ferè sibi Paulus in Epistolis suis describendum de-  
sumpsit, unde præteritis miraculis omnibus, atque  
conuersatione C H R I S T I, quæ in quatuor illis  
Euangelijs ad longum narrantur, ista edidicerit, satis ni-  
hilominus atque abunde Euangelion complexus. Id  
pulchre ac luculenter uidere licet in salutatione Episto-  
le quæ ad Rom. scripta est, in qua nimirum, et quid  
Euangelion sit edocet. Paulus, inquit, seruus I E S V  
C H R I S T I, uocatus Apostolus, legatus in  
Euāgelion dei, quod antea per Prophetas suos, in scriptu-  
ris promisit, de filio suo, qui ipsi ex semine David natus  
est, secundum carnem, declaratus autem filius Dei, po-  
tentis spiritu sanctificante, à resurrectione ex mortuis,  
is est I E S V S C H R I S T V S domi-  
nus noster.

Hic uides Euangelion historiam esse de Christo, filio  
dei, ac Davidis, qui mortuus fuit, resurrexit, atq; domi-  
nus constitutus est. Hæc summa est Euangelijs. Iam quæ ad-  
modū unus Christus est, ita unū duntaxat est Euāgelion,  
neq; possunt esse plura. Deinde cū Paulus ac Petrus, unū  
Christum quoque doceant, ratione iam prædicta, ne-  
queunt Epistole eorum aliud esse, quam Euangelia.

Imo

Imo quandoquidem Prophetæ Euangelion predixerunt  
et de Christo sunt uaticinati, id quod Paulus in præmis-  
sis uerbis testatur, ac uelgo quoq; notū est, sunt et ipso-  
rum scripta, ijs locis ubi de Christo loquuntur, pura pu-  
ta Euangelia, non minus, quam si Matthæus ea, aut Lu-  
cas conscripsissent. Ita cum I[acobus] 53. uaticinatus est,  
quemadmodum Christum mori pro nobis, nostraq; por-  
tare peccata oportuerit, uerum ac manifestum Euange-  
lion scripsit. Proinde omnibus hoc testor ac iuro, quicunq;  
de Euangelijs non hoc pacto senserit, cum nunquam in  
scripturis, lucis aliquid atque ueræ intelligentie, conse-  
quuturum.

Alterum est non minori diligentia caendum, ne quis  
sibi ex Christo Mosen aliquem faciat, qui aliud nihil pre-  
stet, quam quod uiuendi rationem doceat, ac huius prie-  
beat exempla, quo pacto Euangelion liber esset, leges re-  
ete uiuendi duntaxat continens. Proinde Christum, eius  
dicta, facta, et que passus est, bifariam excipienda sunt.  
Primum, ut uice exempli proposita tibi agnoscas, que  
imiteris, quemadmodum Petrus inquit: Christus passus  
pro nobis est, relinquens nobis exemplum. Pet. 2.  
Sicut itaq; uides, quod orat Christus, ieunat, iuuat homi-  
nes, et dilectione mirifica prosecutur, ita et tu facias  
proximis tuis: Verum hoc minimum est in Euangelijs,  
quod species, neq; hinc posset Euangelion appellari. Ete-  
niam Christus isto pacto, non plus tibi afferret, quam qui  
libet aliis sanctus, quod uita ipsius adhuc sibi relinqueret

tur, neq; rediret ad te inde peculiaris aliqua commoditas.  
Atq; ut semel dicam, qui de Christo non plus ex Euange-  
lijs didicerint, hypocritæ facile euadent, Christiani uero  
nequaquam. Altius multo hæc adyta penetres oportet,  
quanquam sœculis aliquot, docendi hæc optima forma  
fuerit, deniq; etiam admodum rara. Porro caput & fun-  
damentum Euangelijs, si id rite accipias, est, ut priusquam  
Christum uice exempli suscipias, agnoscas & amplectia-  
ris eum uelut donum & munus eximium, quo deus te  
donauerit, ut tuus iam sit, quantus est, ita ut cum legis uel  
audis facere quicquam aut pati eum, nequaquam dubites,  
illum cundem Christum, cum eo, quod uel patitur, uel fa-  
cit, tuum esse, tibiq; uelut in peculum donatum, ut eo,  
quod tam facit quam patitur, non secus fidere queas, ac  
si ipse passus illud uel operatus essem, imo ac si tuipse ille  
Christus essem. Hoc demum est, Euangelion uere agnosce-  
re, hæc est immensa illa dei bonitas, de qua nullus Pro-  
pheta, nullus Apostolus, imo nemo Angelus quidem sa-  
tis loqui unquam potuit, nullum cor satis, admirari &  
assequi cogitando. Hic denique ingens ille ignis est di-  
uinæ erga nos dilectionis, unde cor & conscientia ex-  
hilarantur, securitatem ac pacem accipiunt.

Hoc demum prædicare, est fidem Christianam legitime docere. Hinc quoque est, ut prædicatio huiusmodi Euangelion appellata sit, quod latine perinde sonat,  
alque leta, fausta, plenâque consolationis & securitatis  
annunciat.

annuntiatio, cuius gratia, Apostoli, Germanice Die  
zuuelfbotten, id est, duodecim nuncij aut legati uocari  
solent.

His Isaias astipulatur. 9. Puer, inquit, nobis natus est,  
filius nobis datus est. Si ergo est nobis datus, utiq; noster  
est, nosq; conuenit de eo, ut nostro præsumere. Et. Ro. 8.  
Quomodo nō donaſſet nobis omnia, cū filio suo? Quan-  
do itaq; hoc pacto Christum fuscipis, ut donum tibi dona-  
tum, neq; hic quicquam dubitas, Christianus es, atq; hec  
te fides liberat Peccato, morte & inferno, uictoremq;  
redit omnium. O inenarrabilem dei bonitatem, de qua  
satis prædicare nemo potest, ter miserum uero orbem no-  
strum, in quo tot iam annis hec prædicatio audita nus-  
quam fuit, quantumlibet Euangelion ubique iactauerine.  
Postquam uero Christum hoc pacto, ut caput & autho-  
rem salutis tuae fueris amplexus, sequitur illico, quod se-  
cundo loco, ex Euangelicis historijs discendum est, nem-  
pe, ut eum uitæ tuae formandæ archetypum tibi propo-  
nas, obsequijs proximorū ita consecratus te, ut ille tua  
se saluti operande, consecravit. Tum utraq; fides & dile-  
ctio, simul urgent atq; suis officijs sunt intentæ, mandatum  
domini impletur, homo latus ac interritus est ad omnia,  
cum facienda, tum serenda. Proinde diligenter ubique in  
sacris, presertim Apostolicis literis, hæc duo iuxta  
expendas & pariter discas. C H R I S T V S,  
ut donum, pascit fidem tuam, redditq; Christianum.

Ut typus autem exerceat tua opera, que ut Christianum  
te non reddunt, ita tamen à Christiano te profiscuntur.

Quantum iam donum interest & exemplum, tan-  
tum differt inter fidem & opera. Fides proprij nihil  
habet, sed C H R I S T I tantum uitam & opera. Ope-  
ra quidem proprij non nihil habent, quod ab te profici-  
scuntur, at, debent proximis donari & nequaquam pro-  
pria manere.

Vides itaq; iam Euangelion proprie haud quaquam  
librum esse legum & mandatorum, sed librum magis di-  
uinorum promissionum, quibus nobis offert Deus, ac do-  
nat, quicquid boni & habet & facit, dum donat & ex-  
hibet nobis Christum suum. Quod uero C H R I-  
S T V S atq; Apostoli multa, que ad uitæ institutionē  
pertinent, docent, atq; legem subinde explicant, id accen-  
sendum est, reliquis operibus ac beneficijs Christi, ut pla-  
nè uera legis explicatio, recta q; uitæ institutio, haud po-  
strellum beneficiorum est, que à Christo accepimus.  
Hinc uidemus, quod non acriter instat & urget, quem-  
admodum Moses facit in suo libro, & Legis propria na-  
tura est, uerum docet blande & suaviter, quid facien-  
dum, quid omittendum; quid male operantibus, quid=que bene operantibus futurum sit, urget aut compellit  
neminem. Imò docet tam blande ac leniter, ut magis  
inuitet, quam præcipiat. Nam doctrinam suam au-  
spicans, ita loquitur: Beati pauperes spiritu:  
Beati

Beati mites, &c. Ita Apostoli ferme his uerbis, dum do-  
cent, utuntur: Hortamur, Oramus, Obscuramus &c.  
At Moses, inquit, præcipio ut hoc faciat is: mando ut illud  
ne faciat is, iuxta minatur, ac terret horribilibus poenis,  
& ultionibus. Ex hac itaque instituti uncula, si recte eam  
tenueris, cum fructu poteris Euangelia cum legere,  
tum audire.

Ergo ubi Euangelicum codicem aperueris, & inde  
uel legeris ipse, uel ab alio audieris, Christum aliquò ue-  
niſſe, uel ipsi quenquam adductum, intelligere per id de-  
bes, prædicationem Euangelicam, qua utiq; ipse ad te ue-  
nit, & tu ipsi adduceris. Neq; enim prædicare Euan-  
gelion, aliud est, quam Christum ad nos uenire, nosque  
ipsi adducere. Vbi uero legis, uel audis, quæ operatur,  
& ut iuuet eos, ad quos uenit, quiq; ipsi adducuntur, a-  
gnoscere debes, fidem in te eadem operari, animaq; tue  
idem beneficij aut remedij, offerre per Euangelion.  
Sihic te contineas, & sustinueris, ab eodem & tibi be-  
ne fieri, hoc est, si credis, quod tibi & que in animo bene-  
faciat & auxilietur, indubie id tibi contingit, atque iam  
idem beneficij accepisti spiritualiter. Christus enim tu-  
us est, & tibi dono datus, quicquid est, & facit. Mox ue-  
ro operæ preium est, ut ex eodem tibi uitæ tuæ exem-  
plum desumas, nempe, ut proximo tuo, similiter benefac-  
cias & auxilieris, eodem pacto illi consecratus, cum ut  
donum, tum ut exemplum. Hæc & Isaias scripsit. 40.  
Consolamini, inquit, consolamini popule meus, dicit do-

A , minus

minus Deus uester loquimini ad cor Hierusalē, et uocate  
eam: remissū est ei peccatum: finem habet iniquitas eius:  
duplicia bona accepit de manu Domini pro omnibus pec-  
catis suis etc. Hæc duplicita bona, sunt duo illa, quæ ī Chri-  
sto diximus pensanda, donum et exemplum, quæ etiam fi-  
gurata sūt p̄ duas illas portiones hæreditatis, quæ primo  
genito debebātur ex Lege Mosi, ac p̄ multas alias figuræ.

Non leue itaq; peccatum est, et dedecus sane indignis-  
simum, eoq; redactam rem nostram, qui Christiano nomi-  
ne censemur, eoq; diligentie in Euangelicis literis per-  
uenisse, ut non modo p̄ assim eas ignoremus, uerum opus  
etiam habeamus, alijs præterea libris atque enarratio-  
nibus, quibus doceamur, quid in illis requirendum, quid  
q; inde expectandum: Cum Euangelicæ istæ historiæ,  
atq; Apostolorum Epistole, in hoc ipsum scriptæ sint,  
ut uice indicis essent, nōsque in scripturas Prophetarum  
atque Mosis inducerent, ubi ipsi legeremus atque aspice-  
remus, Christum pannis inuolutum, atque in præsepio  
collocatum, hoc est, in scriptis Propheticis reconditum,  
et tot ante seculis prædictum. In his uersari omne stu-  
dium nostrum debuerat, his iugilectione incumbendum,  
et uidendum erat, quid Christus est, ad quid datus, et  
promissus, quóque pacto uniuersæ scripturæ ipsum præ-  
dicent. id quod nimirum Dominus ipse quoque testa-  
tur, ioan. 5. Si Mōsi crederetis, inquit, et mibi crederetis,  
nam de me ille scripsit. Item, Scrutamini scripturas,  
nam eæ sunt, quæ de me testantur. Idem et Paulus uo-  
luit,

uit, cum Rom. ab initio Epistole in salutatione scribitt  
Euangelion antea à Deo per Prophetas promissum in  
scripturis. Hinc est, quòd Euangelistæ atq; Apostoli sub  
inde ad scripturam solent remittere, cum dicunt: ut scri-  
ptum est, uel: hoc factum est, ut scriptura impleretur. Ea  
dem causa Thessalonicenses mouit, ut cum Euāgelion o-  
mni cum uoluptate audirent, dic nocte q; nihilominus per  
scrutarentur scripturas, si ita se res haberet. Hinc & Pe-  
trus non longe ab initio Epistole suæ: De hac uestra sa-  
lute, uestigarunt Prophetæ, qui de ista in uos gratia uati-  
cinati sunt, scrutantes, quod nam tempus designaret, qui  
erat in eis spiritus Christi, ac ante testificabatur, tam de  
passionib. que in Christo sunt, quam de inseguente has glo-  
ria: neq; enī sibi ipsi ista, sed nob. administrarūt. Ea etiā  
uob. nūc annūciata sunt p eos, q Euāgeliō uob. i spiritu sā-  
clo, cælitus dato, prædicarūt, que ageli quoq; cupiū iuu-  
eri. His uerbis qd aliud sibi Petrus uoluit, quam inducere  
nos in scripturā: uelut si diceret: Prædicamus et aperimus  
uobis scripturas per spiritū sanctum, ut ipsi legere eas, ui-  
dere q; possili, que continēt, ac de quo lēpore Prophetæ  
scripsérunt. Ad idem pertinet, & quod Act. 4. dixit: De his  
diebus cūcti Prophetæ loquuti sunt à Samuele, quotquot  
prophetarūt. Iccirco Lucas scribit, ult. Christū Apostolis  
fensum aperiisse, ad intelligendas scripturas. Vnde Serua-  
tor 10. 10. se ostium uocat, per eum siqdem ingredi opor-  
tet, eiq; qui per ipsum ingreditur, ostiarius, hoc est, spiri-  
tus sanctus aperit, ut pascua, uerā nimirū salutē, iueniat.

Itaq; ne,

Itaq; ut tādem finiā ac semel dicā. Vero uerius est, Euāge  
licas literas ipsas, idices atq; explanatiōes eſe scriptura  
rū, quēadmodū cqdem, hoc p̄oemio, uelut methodo quadā  
cupio illas itroducere pios Lectores, ac uice idicis fūgi.

Sed uide, ut belli, ac plus nimio delicati pueri sumus,  
ne oporteret scripturis studio incūbere, indeq; Christum  
discere, totum uetus T̄estamentū p̄ nibilo duximus, uelut  
qd̄ suo pridem p̄functum munere, nulliusq; iam momēti  
existat, cū soli scripturæ sacræ nomē competat. Et Euāge  
lion haud quaquā scriptura, sed uocalis debeat eſe prædi  
catio, qua scripturæ cū citarētur, tū explicarentur, id qd'  
Christus et apostoli fecerūt. Quæ etiā cauſa est, cur Chri  
stus nihil scripserit, sed ore dūtaxat docuerit, suāq; do  
ctrinā non scripturā, sed Euāgelion, id est, faustū nūciū  
et optatā prædicationē, appellauerit, quæ ore, nō calamo  
fieri debeat. Nos autem illa nihil pensi habētes, ex Euā  
gelicis literis librū legū ac doctrinā mandatorū: cx Chri  
sto, Mosen: ex auxiliatore, doctorem dūtaxat fecimus.

Quid non permitteret deus in populum tam stupidū,  
tanq; peruersū? Num quis indignū ducat passim, nos in  
doctrinā Papæ atq; hominum mēdacia incidere, q; ipsius  
scripturā tātopere negleximus, et loco sanctæ scripturæ,  
mēdacijs fatui ac malitiosi ip̄ostoris Decretales legimus?  
Outinam daret deus, ut et syncerū Euāgelion cognosce  
retur, meusq; hic enarrādi labor, usui eſe mox desineret,  
sic indubie eſset futurum, ut scriptura sancta citra morā  
emegeret, suoq; loco & precio haberetur.

FINIS.

Quid

# QVID IN

TER MVNDI ET CHRI

sti iustitiam intersit. Phi.

Melanch.



Eminam scri-  
pture Iustitiam  
commemorant;  
diuinam & hu-  
manam-Huma-  
nam Paulus scri-  
bens Colos. τὰ  
σοιχεῖα του  
κοσμος appell=   
at, nempe, illas  
mundi leges, de  
externa continentia, honestate, modestia, moribus,  
& consuetudinibus. Atq; hanc, ratio non solum assequi-  
tur, uerum habet etiam sibi diuinitus insitam, perinde,  
atque arbori insitum est, ut huiusmodi, aut alijsmodi  
fructus, edat.

Hoc

Hoc pactio, homini id iudicij innatum est, ut sentiat, neminem esse lædendum, publicam tranquillitatem tuendam, continenter uiuendum, & cum decoro, coram omnibus.

Tam late patet humana iustitia, quam de seratio potest perspicere.

At qui ratio, nihil certi, in ijs, que ad Deum pertinet, de se potest definire.

Quanquam enim sentiat Deum esse, audiaturque iudicatum, & beatum quidem eos, qui se honorauerint, haud quaquam moueri tamen se sustinet, ut iudicium eius expauesceret, perpetuo somniat, Gehennam, non tam intolerabilis, ut est Germanis adagio, ardoris & tormenti, Deum non usque adeo sœnum. Præsertim cum videat tam magnam sœpe uim & iniuriam malorum, manere, ut ipsi apparet, multam. Multo minus sibi ratio persuaderi sustinet, Deum remittere peccata, quod non tam humanum & benignum credit, qui tantam nostri habeat rationem. AEque absurdum putat, D E V M affirmare, prope adeo nobis adesse, ut in necessitate quilibet in nos oculos suos haberet intentos. Sed fingit sibi D E V M, qui in supernis sedeat, nosque sinat pro nostris uiribus agere. Qualem Poëta suum Iouem fingunt, quem cum Thetis semel uellet adire, abesse domo, offendit, ut qui in AEthiopia agitur et conuiuimur.

Cretenses uero, louem, sine auribus depinxerunt,

nimirum eo significantes, ipsum nos nequaquam exaudi-  
dire. Quos equidem cordatos & sapientes homines  
habeo, qui cum haberent, naturam rationis humanae  
probe perspectam, talem depinxerunt D E V M,  
qualem illa sentit & credit. Hinc in psalmis diuini-  
tus canitur: Diij gentium oculos habent & non ui-  
dent, aures habent & non audiunt &c.

Iam uero necesse est, ut deum habeamus, quem sentia-  
mus, nos & uidere & audire.

Id autem ratio haudquam affequitur, eò nequit  
peruenire, ideo D E V S suum filium in carnem pro-  
trusit, ut patris uoluntatem nos edoceret, Ioannis primo,  
& hanc nostram cæcitatem, ac mendacem de D E O  
opinionem, cum uniuersis peccatis, que ex hac opinio-  
ne, ceu fonte promanant, animis nostris eximeret, & in  
uicem, sanctū suum spiritum infunderet, quo ad uerā  
D E cognitionem, perueniremus. Ad quæ pro-  
fecto nulla nostra opera, aut merita aliquid momenti  
adserunt.

Hec iam est, Diuina iustitia, quam Christus in nobis  
per spiritum sanctum operatur, cum eò cor nostrum  
mouet, ut magnam patris in nostra peccata, iram exhor-  
reat, iuxta autem & quidem mox, gratiam eius atque  
peccatorum remissionem per C H R I S T V M  
apprehendat, indeq; consoletur, ut iam sit secura letaq;  
in Deū fiducia, qua ex animo profiscere, se confidetiss.  
Deo committat, quibuslibet contingat casibus exerceri,

semper

semper sibi optima de ipso pollicetur, agnoscatur, in omnibus, haberi nostri prouidentiam & curam, nostrisq; causis in omnibus creaturis agere, ac eas uniuersas, alere, seruare, ac tueri.

Hæc certò sibi cor nostrum persuasa de Deo habet, ubi adfuerit spiritus sanctus, qui eiusmodi de deo testatur. De quo testimonio, Io. 10. et Ro. 8. legis. Quam certa persuasionē, Paulus secundo ad Colos. τὸν πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, id est: diuitias plenae intelligentiae, vocat.

Ista demum cognitio, & huiusmodi fides, est Diuina iustitia, quam à nobis Deus potissimum exigit, iuxta illud Io. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant Patrem & Christum. Vnde & Habacuc: Iustus ex fide sua uiuet.

Hæc fides illico in nobis, cor humile efficit, & contritum, quod probe sentiat, ut optimo iure, abiectos nos esse par sit infra cunctas creatureas, quemadmodum Christus abieciisse hominum esse sustinuit. Iesa. 53.

Vbi enim cor uere uidet, quæ apud Deum peccatis suis meruerit, quamque clementer sibi commissorum gratia ab illo facta sit, atque ut benigne se spiritu suo donavit, admittere non potest, ut semetipsum non penitus nihil habeat, omnibus se subiiciat, omnibus inserviat &c.

Et quemadmodum spiritus sanctus purus est, ita & cor ab ipso purificatur, ueræque castitatis amans redditur, ut exhorreat etiam omnem impuram et concupiscentiam & uoluptatem.

Hoc

Hoc modo, nouum cum electis pactum feriturum, et  
nouum testamentum instituturum se Deus Iere.<sup>31</sup> pollici-  
tus est, nempe precepta sua non in tabulas iam, sed in cor-  
nostrum scripturum, ut ipsum cognoscamus. Et Iesa.  
testatur illum filios creaturum, quos ipse doceat.

Hinc modo uides, quomodo Christianum peccatum scha-  
beat, quod ubi fuerit, illic et Deus erit,

Porro iuxta hanc, et externa quedam iustitia, uel in-  
stitutione est, que nos coram Deo haudquam iustificat.  
Veram namque iustitiam, oportet, uitam esse, quare so-  
lus Christi in nobis spiritus, uiua ueraque est iustitia.

Externae ille institutiones, cum carne transeunt, et  
uite sunt expertes, quare et nequeunt, uitam aut iustiti-  
am, suppeditare. Coloss. 2. Eoque fit, ut ubi sola hanc exter-  
na iustitia, id est, uita, exterius ad leges attemperata fu-  
erit, nihil nisi merita hypocrisis existat.

Hec uero externa iustitia, duo complectitur. Potesta-  
tem, quam Scriptura gladium uocat, et institutionem  
puerorum, quam παιδαγωγια appellat.

Iam sicut Deus nos gladio subiecit, ita requirit simul,  
ut iuxta leges et mores, quos profana illa potestas, ad  
pacem et Rei. Publ. tranquillitatem conseruandam con-  
stituit, nos comparemus. Quin ita nos Deus uult Ma-  
gistribus esse morigeros, ut nulla in re, nisi que cum  
ipsius decretis pugnet, illis non obtemperemus, etiam si  
cetera uim faciant.

Christus enim iubet, duo miliaria cum eo ire, qui adegerit tantum ad unum.

Alterum, quod externa iustitia complectitur, est institutio puerorum, quae item non est diuina iustitia, sed externa quædam exercitatio, mandata tamen à Deo parentibus, nimis ut liberos à crassioribus peccatis cohercent. Ut cum pueros quis, aut homines crassiores, qui pro pueris habēdi sunt, ad ieiunandum, precandum, frequentandum Ecclesiæ conuentus, certam in uestibus obseruandam rationem assuefaciat. Id ex Galatis quarto uerum comprobatur.

Quæcumq; autem in rebus externis gladius, hoc est, profana potestas, non requirit, ea Deus sinit libera, ita tamen, ut per dilectionem, proximis seruiamus. Ut ubi pueri, uel aliâs infirmi conscientijs, ratio habeatur infirmitatis eorum, ac in bonum illis inferuiatur.

At uero, si quando præcalores surgant, qui contendint, Diuunam iustitiam, in ieiunando, aut similibus rebus sitam. Vel certe potestas illa, ita exegerit, ut à quibus Christianismus pendeat, reluctandum est, sed libera ueritatis confessione, ut magnanime, quid de nrum sit uere Christiana iustitia profitcamur, in testimonium huius, etiam uitam imp̄suri. Vi enim defendere nos, haudquaq; nobis licebit.

H.ec omnia decem illis præceptis, sunt comprehensa. Primum enim fidem requirit, dicente Domino: Ego sum Dominus

Dominus Deus tuus, quo certe testatur, se nostri curam habere, ut qui uelit noster Dominus & Deus esse. Item, sum fortis zelotes, uisitans iniuitatem patrum &c. & faciens misericordiam, quo utiq; ad se nos prouocat, ut qui ulturus sit sui cōceptores, et beneficiarius, suis cultoribus.

Secundum praeceptum, exigit ut in hoc, nomine Dei utamur, nempe predicaturi, ipsum, iudicem esse, & salvatorem. Quemadmodum scriptum est Iohelis secundo: Qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Tertium praeceptum, postulat, ut Deum, omnia in nobis patiamur operari.

Quartum nos parentibus, & magistratibus quibuslibet, subiicit.

Quintum, dilectionem requirit.

Sextum, castitatem & continentiam.

Septimum & octauum item, dilectionem.

Nonum & decimum, requirunt cor purum liberumq; carnis concupiscentijs, quam

puritatem spiritus sanctius

secum adfert, &

operatur.

F I N I S.

B 2

Epito\*



# EPITOME

RENOVATAE ECCLESIASTI  
CAE DOCTRI  
NAE.

PHILIP. MELANCH.



E Religione seu  
Euangelio, sem-  
per uarie iudica-  
tum est, ut testa-  
tur Paulus, cum  
queritur Iudeis  
esse scandalo,  
Græcis uideri  
stultitiam. De-  
inde in his, qui  
religionem am-  
plexi uidentur, sunt qui uentris commodis ducuntur.  
Nam bona pars Episcoporum ac Principum patroci-  
natur Pontifici, priuati commodi causa, multos ex plebe  
uidimus

uidemus Lutheru fauere tanquam libertatis auctori, per-  
tesos morum ueterum. Professores quosdam ambitio,  
aut spes questus inuitat ad docendum nouæ doctrinæ ge-  
nus, quo se ad uulgas uenditent, paucos incitat ad doctri-  
nam operum tuendam hypocrisis. Longe pauciſſimi me  
tu duini iudicij, tum cognoscere religionis dogmata,  
tum sequi student in instituenda uita.

Porro, cum nullo peccato perinde offendatur Chri-  
ſtus atque Euangeliū contumelia, cauendum est, ne quid  
in negocio Lutherano (ut uocant) statuatis quod offi-  
ciat Euangeliū glorie. Notum est quid interminetur  
Christus blaſphemis, cum inquit: Qui ceciderit super la-  
pidē hunc, conſringetur, super quem uero ceciderit is, co-  
teretur. Debet autem in talibus negocijs scriptura con-  
ſili, quemadmodum præceptum est Esaiæ quarto. Ad le-  
gem & ad testimonium. Fere depravatos mores ma-  
iorum, male intellecta patrum scripta, & fallax ratio-  
nis iudicium, ad hanc controuersiam iudicandam affe-  
runt. Paulus uero ad scripturā nos reuocat, cū ait scriptu-  
rā diuinitus eſſe iſpiratā, ut, doceat, arguat et erudit nos  
ijs de reb. quæ ad pietatē pīneijt. Et Petrus iubet seq̄ scrit-  
pturā tanquam prælucētem nobis in his tenebris.

Duo sunt loci de quibus hoc tempore potissimum di-  
ſceptatur. Prior est, qua in re sit Christiana iusticia, po-  
sterior, quid sit de huminis traditionibus senticndum.  
Sunt autem permulti, qui iudicant non de re, sed de uerbis

controuersiam esse, & preter necessitatem seri contentiones à stultis, aut etiam ambitiosis hominibus. Verum exposita causa, adparebit fuisse magnas & graues causas & necessarias renouandæ ecclesiastice doctrinæ. Dicam itaque de priore loco, qua in re Christiana iustitia, seu ueram pietatem esse sentiam.

In fine Euangelij Luce præcipit Christus, prædicari omnibus gentibus pœnitentiam & remissionem peccatorum. Vnde colligi potest, quid Euangelium sit, quæcum sit ea iustitia, que Christi & Apostolorum ministerio, orbis innovuit. Est itaque Euangelium, prædicatio pœnitentiae & remissionis peccatorum. Iustitia uere Christiana est, cum confusa conscientia, per fidem in Christum erigitur, & sentit se accipere remissionem peccatorum propter Christum. Id non sit simulatione pœnitentiae aut fiducie, immo cum Euagelium ueritatem doceat, hypocrisim & simulationem tum in pœnitentia, tum in fiducia damnat. Sed spiritus sanctus in humanis cordibus retegit peccatum, & perterret ac confundit conscientias, & incitat ad confidendum Christi promissis, qui & satisfecit pro nostris peccatis, & pollicetur gratis remissionem peccatorum.

Nec metus ille diuini iudicij, nec fiducia, qua eriguntur & serenatur conscientia sumitur, nisi spiritus sanctus corda moueat. Quemadmodum testatur Christus Iohannis sexto: Nemo uenit ad me, nisi quem pater traxerit.

rit. Et Esa: Non ascendit in cor hominis &c. Et Paulus: Homo naturalis non percipit ea que sunt spiritus Dei. Quanquam enim audias diuinis comminationes, aut promissiones, tamen pectus non absentitur, ut ut similes, si non accesserit spiritus sanctus. In rebus secundis somniamus leniorem esse Deum, quam qui grauiter nobis irasci possit. In rebus aduersis crudeliorem esse iudicamus, quam qui nos respiciat, quantumvis implorantes a se auxilium. Deniq; ne unquam quidem ser. 10 ac uere sentimus nos Deo cure esse, ut illi dicunt Ezech. 7. Non uidet dominus nos, deseruit Dominus terram. Proinde spiritus sanctus ostendo peccato, et iudicio Dei, incutit terrorē conscientijs per prædicationem penitentie. Et subleuat rursum per Euangelium, id est, per adnunciationem remissionis peccatorum.

Porrò ubi uim tum irae dei, tum misericordiae cor agnoverit, ibi demum ueram deo opinionem cōcipit, qua se credit ei, sperat, reicit se in eum in rebus aduersis, metuit eum. Deniq; agnoscit uere eum et respicere nos et iudicare et seruare. In huc modū spiritus sanctus parit in cordib. fidem, timore dei, dilectionem nostri, castitatem, modestiam, et similes fructus, qui recensentur ad Gala. 5. Fitq; id qd' prædictum est in Hieremia, ut inscribatur lex non tabulis saxeis, sed cordi digito Dei. Est haec summati iusticia Euāgelica seu Christiana, confusa conscientia, subleuari nos per fidem in Christum, per quem agnoscimus uim misericordiae dei. Sic definit uitam eternam

Christus Iohānis decimo septimo. Hęc est uita ēterna, ut  
cognoscant eę solum D E V M, & quem misisti E  
SVM CHRISTVM.

Porrò uita ēterna est illa ipsa iustitia, quam prædi-  
cat Euangeliū, quam ponit Christus simpliciter in cog-  
nitione patris, & sui. Neque uero id est nosse D E V M  
quod hypocrisis & humana ratio simulat, cum nominat  
Deum. Neque item id est nosse Deum, ut uulgo docent,  
præcepta eius nosse, aut utcunq; simulare. Norant enim  
Iudei nomen Dei, norant legem, imitabantur ut Simiae.  
Et tamen Christus negat eos nosse Deum, cum inquit Io.  
octauo. Est pater meus, qui me glorificat, quem uos di-  
citis, quod deus noster est, nec nouisti eum. Qui uere no-  
runt, cum reformidant uere iudicium eius, tum erigun-  
tur in rebus aduersis, ut ab ipso opem securi expectent.  
Parit enim fides trāquillitatē in corde et securitatem,  
quam certe liberi arbitrij uires, nullo modo præstare pos-  
sunt. Et tamen hic uerissimus Dei cultus est, iuxta psal.  
49. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, &  
honorificabis me. Non uocat cultum Dei, misas aut alias  
ceremonias, aut opera. Sed inuocari Deum in rebus  
aduersis. At in rebus aduersis ratio sentit plane se ne-  
gligi, nec respici à Deo. Fides autem cor incitat, ut de  
Deo bene sentiat, ut sentiat se Deo curae esse.

Adūbraui utcunq; qua in re sit christiana seu Euāgelica  
iustitia. Scio autem parū hęc obscura, partim ridicula ui-  
deri. Sed

deri . Sed quid facias? Euangeliū scādalo eſſe Iudæis, et ui-  
deri ſtultiam Gentibus, multo ante p̄dixit Paulus. Ve-  
rum hi qui h̄ec rident, ſciant Christum iudicaturum eſſe,  
et de blaſphemis ſupplicium ſumpturum. Et cum decla-  
rauerit antea in euersis Hieroſolymis, quantum iraſca-  
tur blaſphemis, non connuebit ad noſtrā impietatem.

Vide autem quantum ſolacijs ſit miſeris conſcientijs,  
in hac p̄dicatione, cum intelligunt ipſiſimam iuſticiam  
eſſe, credere quōd per Christum remittantur pecca-  
ta, ſine noſtra ſatisfactione, ſine noſtris meritis. Noui,  
qui ante cognitionem huius doctrinæ, cum ſatisfactioni-  
bus ac commentijs operibus, non poſſet erigi conſcien-  
tia, planè ſpem omnem ſue ſalutis abiecerant. Hi poſt  
quam Euangeliū illuxit orbi clarius aliquanto, rurſus  
ingenti animo concepere ſpem ſalutis. Nec ſpem modo  
concepere, ſed uires etiam, ſeu robur aduersus peccata.  
Tantum retulerit recte cognoscere Euangeliū. Offen-  
duntur pleriq; cum audiunt fidei tantum tribui, malūq;  
opera exigi. At nos non de ea fide loquimur, quam ſimu-  
lat ratio, que publice eſt omnium. Sed de uera cognitione  
DEI, que parit timorem et ceteros bonos fructus.  
Præterea docemus requiri pœnitentiā, que certe à ma-  
lis operibus, ſi modo non ſimulatur, reuocat nos. Hanc  
iustitiā quam deſcripsi, requirit Christus: Ceremonias  
et ſimilia non requirit, cum ait: Regnum Dei intra uos  
eſt. Quare nec Moſi ceremonias exigit, et liberum no-

bis fecit , uti ceremonia nostra , uidelicet Eucharistia ,  
cum uolumus .

## DE IVSTITIA HVMANA.

**P**AULUS ait non omnium eſſe fidem . Quare Christiana iuſtitia non eſt publice omnium , ſed paucorum , quos Deus uelut e mundo euocat . Quidigitur facias dices , de eis q nō habent iuſtitiam Christianam ? An peccabunt et audibunt omnia impune , donec Deus eos immutet ? Nequaquam , Paulus enim docet legem iniuſtis eſſe positam .

Est itaq; præter Christianam iuſtitiam , iuſtitia humana , qua coherceri impij debet . Hac ego iuſtitiam ſoleo Paedagogiā uocare , ſecutus Paulum , qui ad Gala 3. ait : Legē paedagogum eſſe in Christum , et puerum tantisper ſub lege debere tanq; ſub tutoribus eſſe , dum grādeſcat in Chriſto . Hac paedagogia politica quedam iuſtitia eſt , quæ mores format , & ritus et humana et ciuilia officia continent : pueros aſſueſcit ad cultum dei , docēdo , exercēdo : ſtolidū uulgiſ à uicijs cohicet , ſicut et Solomon præcipit prouerbiorum 2. Et flagellum equo , chamus aſino , & uirga in dorſo ſtulti . Et prouerbiorum 23. Ne ſubtrahas à puerō disciplinam , ſi enim percuſſeris uirga , nō morietur . Huc pertinet etiam ius gladij , q; ut Paulus ait : debet eſſe timori malis , honori bonis . Hac politica iuſtitia prudenter eſt à religione

à religione seu Euangelica iustitia discernēda. At pleriq;  
hodie ita prædicat Euangelium, ut noua impietas nascatur.  
Nam impij quidam homines simulāt fidem, et de Christi  
nomine gloriantur, et securitatē quandam carnalē conci-  
piūt, à qua in magna iuxta præcipitātur, nec coherceris se  
deberi arbitrantur. Negligitur et puerorum institutio,  
ethoc genus alia, cū tamen subieccerit Deus huic pædagogia  
oēs quel non sunt in Christo, uel imbecilles sunt, iux-  
ta illam Pauli sententiā ad Gala. 3. & 4. In lege præce-  
ptum fuit, ut ædīū uestibulis īscriberetur decalogus, iūcū ue-  
stium fimbrijs. Talia officia quid aliud quām pædagogia  
erāt, qua cohicerentur & refrenarentur pueri et reliq;  
similes pueris? ad hunc modum etiamnum erudiēda, re-  
genda, & cohicerenda erat multitudo lcgibus & certis  
officijs. Et opinor olim hoc consilio cōdita esse monaste-  
ria, ubi pueri iuxta hanc pædagogian instituerētur. Sed  
tal is pædagogia quanq; diuinitus præcepta sit, tamen nō  
iustificat coram Deo. Sed (ut Paulus ait) sunt egena ele-  
mēta mundi, hoc est, ordinatiōes, que necessitatihumane  
seruiunt, nec merentnr gratiam aut remissionem peccata-  
torum, aut ut contingat spiritus sanctus. Sic enim Fa-  
luis dicit ad Ephesi. 2. Gratis saluati estis per fidem &c.  
Immo ubi accesserit opinio quod ea sit iustitia Christia-  
na, peccatur, quemadmodum in monasterijs pædagogi-  
am uidemus uersam esse in impium & commentari-  
um cultum Dei.

Hactenus

Hactenus meam sententiam exposui. Reliquum est, ut indicem, ubi dissentiat ab Aristotelicis theologis, famam autem hoc brevissime. Docent mereri nos nostris uiribus & nostro conatu gratiam, peccata remitti propter satisfactiones nostras, quibus dogmatibus plane obscuratur satisfactio Christi. Quid autem conscientia solacij aut spei habeat, si ex nostris meritis, non ex gratia per Christum pendet salus? Ferè item nec in poenitentia, nec in iustificatione requirunt spiritum sanctum, sed rationis conatu contenti sunt. Qui tamen nihil aliud nisi mera hypocrisis est, sicut testatur Paulus cū ait: non ascendit in cor hominis &c. Item, Omnes uacui sunt gloria Dei.

Potest hinc cognosci in uerbis tantum, an re contrauersia sit. Euangelium propter Christum gratuita remissione peccatorum erigit conscientias, Aristotelici doctrina meritorum adigunt ad desperationem: Euangelium docet per spiritum sanctum purgari corda & renouari, ut agnoscant Deum, fidant Deo, & timeant Deum. Aristotelici rationis hypocrisi hæc perfici posse, putant. Est autem obscurum discrimen, propterea quod oculis carnis cerni non potest.

#### DE POSTERIORI LOCO.

**Q**UAM VAM SUPERIOR LOCUS  
obscurior sit disputatione de humanis traditionibus,

bus, tamen nescio quin fiat, ut hæc disputatio maiores motus in orbe excitet. Et cum Lutherus magis urgeat illa quæ suprà dixi de pœnitentia, de gratuita remissione peccatorum, de fide et spe, & moneat ibi summam esse religionis, tamen non parum multi sunt, qui existimant nihil docere Lutherum, nisi humanarum traditionum contemptum. Atqui hi se ualde piros esse putant, ubi in sacerdotes fortiter debacchati sunt, aut contra morem carnes ederunt. Ego meam sententiam breuiter recensabo. Dominus apud Esaiam inquit: Frustra se coli mandatis hominum, & repetivit hanc sententiam Christus apud Matthæum. Quare impietas est, traditionem ullam humanam instituere, aut seruare pro cultu Dei, seu ut ea obseruatione iustificeris. Satis clara est Christi sententia, frustra se coli mandatis hominum.

Sunt autem quædam traditiones, quæ citra peccatum seruari possunt, ut quæ de uestitu, uel cibis, aut similibus nugis constitutæ sunt. De his satis est iuxta Euangeliū sentire, quod non iustificant seruatæ, neque obsint negligit, iuxta Pauli sententiam: ne decretis uexemini. Et tamen pacis studio retulerit seruari ciuiliter, iuxta regulam: Si quis adegerit te ad mille passus, eas una duo milia. Item, Qui in circuncisione uocatus est, non accersat prepucium: qui in prepucio, non accersat circuncisionem. Sunt aliae quæ citra peccatum seruari ne possunt quidem, Cuiusmodi est impurus ille cælibatus, qui crudeliter & impie

& impie exigitur à Papa. At Christus negat omnibus es-  
se datum. Et Paulus scripsit, melius esse nubere quàm uni-  
Proinde nihil morentur hanc traditionem, hi quorum ui-  
res non suppetunt cœlibatui. Neque enim ulla traditio  
humana contra uerbum dei constituere potest. Non est  
omnibus datum. Nec uota ualent his in rebus, que sine  
peccato præstari non possunt. Quid enim si uoueris cœ-  
dem te facturum esse? At in eorum uotis, qui cœlibatum  
præstare non possunt, quive per obseruationem illam mo-  
naстicen se iustificari iudicant, peccatum est. Quare re-  
scindenda sunt, præsertim cum Paulus aperte dicat, spiri-  
tus mendaces esse qui prohibet matrimonium. At horum  
spirituum, principes, qui tuentur Papæ legem, lictores &  
satellites sunt. Et quemadmodum ait Micheas: Princeps  
postulat & iudex obsequitur. O miserandam conspira-  
tionem. O infelix foedus, cum uideant principes Papam  
cum Deo palam bellum gerere, cum in propatulo sit sim-  
pliciter religionem ab illo contemni, non commouentur  
tamen, ut suę saluti potius consulant, quàm seruant illius  
furori. Saxeа pectora nimirum illis sunt, qui dei uolun-  
tam usque adeo nihil morantur.

Supereft res missaria, de qua hic non attinet dispu-  
tare, cum negotiacione in missis & eorum mores q̄ rem  
missariam prophantan, ne papistæ quidem ipsi proba-  
re possint. Et tamen neque hanc corrigi patiuntur.

Habes

Habes quid sentiam de renouata Ecclesiastica doctri-  
na. Neq; sum ueritus, ne grauiter ferres hæc ad te scribi,  
cum de religione deceat cuiusuis iudicium cognoscere,  
¶ tu iuſſeras, ut ad te perſcriberem, peccaret ne qui  
Eucharistia non uiceretur. Non potuit autem de ccre-  
moniarum uſu commode dici, de qua libertate illa que  
nobis ius facit utendi ceremonijs, aut non utendi, niſi to-  
tam cauſam complecteret. Iam et officij mei eſſe puta-  
ui, monere que et tuae salutis referre uidebantur,  
et publicae tranquillitatis. Horatius iubet aſpicere, etiam  
ſi cæcus iter monstrare uelit. Quare te quoq; rogo, ne ſit  
moleſtum hæc cognoscere qualiacunq;, que certe pio stu-  
dio ad te pſcripti. Vides quam periculosad iſſione con-  
ſuetetur orbis terrarum. Et certatur ferè de ceremo-  
nijs tantum, et de traditionibus humanis. Vbi ſi paulum  
modo ſana conſilia admitterent principes, ſarciri pax  
poſſet. Multitudo nonnunquam utrinq; irritatur, à ſedi  
tiosis concionatoribus. Nam et qui Papæ patrocinantur,  
impijs concionibus et libellis, tantū exacerbant animos  
hominum. Et quidam pseudolutherani prophanis et ſedi-  
ciosis clamoribus dum gratificantur multitudini, alioqui  
cupide nouarum rerum, paſsim ſeditiones excitant.  
Neque enim fieri poſteſt unquam, quin priuatis cupidita-  
tibus nomen Euangeliſ prætexatur. Vidi qui decimas,  
qui alia negabant præſtari debere magistratibus, aut  
bis quib. magistratus adſignauere. Tales interea utrinq;  
conciona-

concionatores nascuntur, dum cessant principes honestis  
consilijs opem adferre reipublicæ. Nam qui simpliciter  
opprimere Euangelium conatur, nihil promouebunt.  
Sic est Euangelium, non potest humana ui opprimi.  
Rursus hi qui nimium multitudini, uel metu, uel stultitia  
permittunt, non prouochunt Euangelium, sed alunt furorem  
multitudinis in publicam perniciem. Et cum abu-  
titur multitudo uerbo D E I, plus laedit Euangelijs  
gloriam, quam qui aduersantur. Proinde principes o-  
portuit & facere copiam docendi Euangelijs ( quod cum  
recte traditur, pacem & tranquillitatem docet, non ex-  
citat seditiones ) & cohercere furorem multitudinis, que  
impio praetextu Euangelijs tumultuatur, ac in aliorum  
fortunas impetum se minatur facturam. Nam in  
hoc gerunt arma Principes, ut sint timori malo operi.  
Vtar enim Pauli uerbis : Dei donum pax est, & eximi-  
um quidem, nec poterit conseruari, si in opprimendo  
Euangelijs principes Deum a se alienarint. Sacra histo-  
ria Regem Iosophat prædicant, quod constituerit Leuitas,  
qui religionem docerent. Huius exemplo debebant  
principes curare moderatos, & bonos uiros, qui sacra  
docerent. Nec pueri negligendi erant, quod ea ætas re-  
rum publicarum ueluti seminarium sit. Erantque ar-  
ates illæ omnes conseruande summa cura, quas uel religio  
uel puerilis institutio requirit. Desiderabant hæc  
longioremorationem, sed ego breuior fui, cum arbitra-

rer te commonendum tantum eſſe, commando itaque re-  
ligionis cauſsam conscientiae tue, cuius ſi rationem ha-  
bueris, mauoles Iosaphat imitari, quam Pharaonem.  
Opto autem ut Christus ſpiritum tibi ſuppeditet, & uo-  
luntatem optime consulendi, & tue et publicae ſaluti,  
ne uel Euangelij curſum moreris, neue ſeuias in eos,  
quos neceſſitas et conſcientia cogit alicubi a pontifi-  
cijs legibus diſcedere.

F I N I S.



# IOANNES

BVGENHAGIVS Pomeranus pastor Eccleſie  
Vuittembergensis, Sanctis in Christo qui ſunt in Anglia.

**G**RATIA uobis & pax a D E O patre no-  
stro & Domino noſtro I E S V C H R I S T O.

Non potuimus non gaudere, quando audiuimus  
& in Anglia Euangelium glorie D E I apud quof-  
dam bene audire. Ceterum & illud nobis nunciatum  
est, multos infirmiores adhuc auerti, propter rumores  
necio quos, qui iſthic feruntur ab illis qui Euangelio Dei  
aduersantur de nobis. Hæc eſt gloria noſtra, tantum

C abeft

abest ut mendacia in Euangelijs professores iactata re-  
fellenda duxerim, alioqui in quo uideretur illa beatitudo:  
Beati estis cum maledixerint uobis.

Neque tamen defendimus si qui alibi prætextu Chri-  
stianæ libertatis quid designet non Christianum, quan-  
doquidem non omnes C H R I S T V M indu-  
erunt, qui Christi nomen sibi uendicant.

Hoc uero miramur, cur sacrum C H R I S T I  
Euangelium quidam isthic uerentur suscipere, propte-  
re quod de nobis mala dicuntur, ignorantes quod opos-  
tet filium hominis reprobari a mundo, & stulticiam ha-  
beri prædicationem crucis.

Quid si uerum esset, quod de nobis mentiuntur pro-  
pter C H R I S T V M? Ipsi scilicet ideo non  
suscipierent oblatum a D E O Euangelium salutis?  
Quid stultius quam ut magis curiosus sis ad meam ini-  
quitatem quam ad tuam salutem? ideo ne tu nolis es-  
se Christianus, quia ego sum peccator? Cur non se-  
quuntur Pauli regulam. Omnia probate, quod bonum  
est tenete? Si in hominum uel iusticiam uel iniustici-  
am respicere coepero, quando queso liberabor ab erro-  
re quo scire perire mundus, & agnoscam tandem D E I  
iusticiam?

Verum aiunt rudiores, quis ista tam uaria capere po-  
terit? disputatur enim de libero arbitrio, de uotis &  
seclis monasticis, de satisfactionibus, de abusu uenerande  
Eucharistie, de cultu sanctorum defunctorum. &c. Alij  
aiunt:

aiunt: Veremur ne sub ista uarietate lateat uenenum. Quia  
si uero nos agamus persuasibilibus humanae sapientiae  
uerbis, & non manifestissimis scripturis, quibus ne por-  
te quidem inferorum hactenus praeualere potuerū! Aut  
quasi aduersarij nostri aliud contra nos producat, quam  
statuta & traditiones humanas, quas damnat Deus, Esa.  
29. Et Christus Matth. 15.

Quod ergo uenenum hic timebis, dum in occulto agi-  
mus nihil, & omnia nostra toti mundo iudicanda propo-  
nimus? Et ne uarietatem doctrinæ excuses, breuiter dico,  
unum tantum articulum à nobis doceri, utcunq; quotidie  
multa prædicemus, multa scribamus, multa agamus con-  
tra aduersarios, ut & ipsi salvi fiant.

Est autem articulus ille.

### CHRISTVS EST IUSTITIA NOSTRA.

Nam is factus est nobis à Deo sapientia, iusticia, satis-  
factio, redemptio. Quisquis hoc non dederit nobis, non  
est Christianus, quisquis autem fatebitur nobiscum, apud  
cum statim cadet alia quecunq; iusticia humana. Nihil  
hic erit Pelagianahæresis, qua, licet mutatis uerbis, infelli-  
sunt, qui uel solos se Christianos glorianiur: nihil ualebit  
omnis sectarum que hodie sunt & operum fiducia, quam  
abnegato crucis Christi scandalio, nostri iusticiarij nobis  
inuixerunt, dum opera pro Christo nobis uenditarunt.  
Contra quos & contra totū Satane regnum hoc argumē-  
tum fortissimū cum Paulo pducimus: Si ex operib. et no-  
stro arbitrio iustificamur, ergo gratis Christus mortuus ē.

C 2 Iustitia

Iustitia hæc que Christus est, testimonium habet in legi & Prophetis, Rom. 3. Qui autem suam iusticiam sequuntur, ad ueram iusticiam, ut Iudei, non perueniunt. Rom. 9. Iusticia enim Dei subiici non possunt, Rom. 10. Hæc iusticia dei tua est, dum per fidem suscipis Christum, non enim pro se mortuus est, aut pro suis delictis, sed pro te & tuis delictis.

Igitur quicquid aliud tentaueris ad iusticiam, id est, unde iustificeris & liber sis à Dei iudicio, peccatis, morte & inferis, hypocrisis erit, mendacium & impietas, qua cunq; sanctitatis specie fulgeat, pugnabit enim contra dei gratiam, & Christi erit abnegatio.

At forte interrogabis quid de moribus, cultu Dei, sacramentis et huiusmodi sentiamus et doceamus? Respondeo. Christus qui factus est iusticia nostra, factus est et doctor noster. Quicquid is suo ore nobis predidit, hoc docemus seruandum, quemadmodum et præcepit Matt. ultimo. Primum autem docuit hoc esse opus dei, ut credamus in eum quem pater nobis misit. Quisque autem in eum crediderit, arbor bona est, & non poterit suo tempore non ferre fructum bonum, non quem fructum hypocrisis fingit, sed quem spiritus Christi illic sua sponte producit. Qui enim spiritu Christi aguntur, hi sunt filii dei. Sobrie itaque, pie, et iuste uiuet, adorabit Deum in spiritu et ueritate, non in elemenis mundi, cibis et uestitu, aut alia hypocrisi: sicut et de sacramentis quod Christus docuit et instituit, seruuet proximo doctrina, consilio, oratione, rebus, etiam cum dispedio uitæ, nec solù amico, sed etiam inimico.

Hec

Hæc docuit Christus, ad hæc trahit natura spiritus corda  
credentium, & nos hæc omnia docemus facienda, et quia  
in carne adhuc sumus, quicquid ex his non fit, aut nō satis  
fit, & quicquid adhuc peccatur, docemus cum Christo, ut  
iugiter oretur delicti uenia, quæ admodum orare præcepit:  
Dimitte nobis debita &c. Et propter istam fiduciam in de-  
um non imputari peccatum, quod est in carne reliquum.  
Non enim inuenio in me, id est, in carne mea bonum. Sed  
gratia Deo quod Christus uenit nō propter iustos sed pro-  
pter peccatores, & publicani et meretrices præcedunt iu-  
sticiarios phariseos in regnum cœlorū. Quid hic ogganiet  
os iniquum, quod nō alia docemus? Deus per Mosen dicit:  
Quisquis prophetam illum, id est, Christum nō audierit,  
ego ultior existam. Audiant hoc contra se Dei iudicium  
Euangelij hostes. Et pater clamat super Christū. Hūc audi-  
te. Et Christus: Oues, inquit, meæ uocem meam, non alic  
norum audient.

Hec ad uos breuibus scripsi fratres, ut gaudiū meum  
de uobis testarer uobis, & simul rationem redderem de  
ea quæ in nobis est spe, contra illos qui omnia nostra im-  
pudentibus mendacijs apudignorantes peruerunt. Vos  
autem orate Deum pro nobis & pro omnibus sanctis &  
pro aduersarijs nostris, ut uerbum Dei crescat & inuul-  
getur mundo in gloriam ipsius & hominum salutem, per  
Iesum Christum Dominum nostrum, cui gloria & impe-  
rium in omnia sæcula sæculorum. AMEN.

FINIS.

C 3

Senten

**S**ENTENTIAE ALIQ VOT Q VAE

Autore Philippo Melachthone publica in Schola Vuit  
tembergae, sunt disputate. Anno. 1525.

Deus exigit ab omnibus iustitiam carnalem. Iuxta  
illud: Lex est παιδεγωγός. Et lex posita est. In iustis.

Et sicut arborib. induita uis est, ferendi fructus. Ita ra-  
tioni, seu φυσικῷ homini induita uis est & facultas faci-  
endi iusticiam carnalem.

Ea est iustitia liberi arbitrij, & in potestate nostra,  
sicut in arborum natura fructus producere.

Et tamen uoluntas humana est captiva Satanae, ut ne  
carnalem quidem iusticiam possimus præstare.

Et quemadmodum arbores nihil producunt, nisi deus  
fœcundet. Ita pendent etiam omnes actiones φυσικοῦ  
hominis à uoluntate & ordinatione diuina.

Quidam, posteaquam audierūt non iustificari nos no-  
stro merito, nihil interesse putant inter cædem facere &  
omittere, & similia. Hi sciant à deo exigi iustitiā carnalē.

Et datur seruantibus merces corporalis. Puniuntur ij  
qui uiolant. Sicut in historijs Mose adparet.

Ergo pueri, & carnales omnes sunt coherendi ista  
iustitia, & docendi, donec diuinitus doceantur, sicut &  
arbores plantari, agros conseri oportet.

Neque uero merentur aut remissionem peccatorum,  
aut spiritum sanctum iustitia carnali.

Sed Lex, Mors, & afflictiones, quas continet lex, sunt  
ordinate ad humiliandos nos, & ostensionem peccati.

Is est

11  
Is est uerus usus, & spiritualis legis.

12  
De quo dicit Paulus: Lex est spiritualis, id est, est spiritu  
rituale iudicium, coarguens impietatem cordis, quam ratio  
non potest cernere.

13  
Euangelium erigit et consolatur humiliatos, gratuita cō  
donatione peccatorū, et promissione honorū oīs generis.

14  
Iustitia Christiana ea demum est, fide erigi & tran-  
quillum fieri cor humiliatum.

15  
Sola fides nouit Deum, & adpellat patrem.

16  
Ratio Deum nec nouit, nec patrem potest uocare.

17  
Ea fides cernit unum sacrificium esse, spiritum contri-  
tum. Ideoq; patienter fert adflictionem seu crucem.

18  
Ratio contrā, in aduersis rebus, aut irascitur Deo,  
aut planè negat ei humana esse curæ.

19  
Sed spiritus sanctus fidem parit in cordibus eorum,  
qui sanctificantur, quæ sentit Deo nos esse curæ.

20  
Fructus spiritus est: Amor pacis publicæ. Et p ea con-  
seruanda iubet orare Apostolus. Item Hieremias.

21  
Et cū Christianus neq; Iudeus sit, neq; Græcus, citra  
conscientię periculum qualibuscunq; politijs utitur.

22  
Imò presentem politiam propter pacem debet ferre.

23  
Est autē politia: ciulis ordinatio, Leges, Iudicia, bono  
rū diuisio, Libertas, Seruitus. CONCLV SIO.

Nunc, qui decimationes, qui seruitutem, aut similia  
labefaciunt, Impij, non Christiani sunt. Et sunt à Magi-  
stratibus gladio cohercendi.

F I N I S.

199985

20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000